Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



120 127

Cognouit aut iesus: quia uolebant eum interrogare
et dixit eis De hoc quaeritis inter uos: quia dixi
modicum et non uidebitis me Amen amen dico uobis.
quia plorabitis et flebitis uos: mundus autem gaude
bit Uos autem contristabimini: sed tristicia uestra uer
tetur in gaudium Mulier cum parit: tristiciam habet
quia uenit hora eius Cum autem pepercit puerum
iam non meminit pressure propter gaudium: quia
natus est homo in mundum Et uos igitur nunc
quidem tristiciam habetis iterum autem uidebo uos:
et gaudebit cor uestrum Et gaudium uestrum nemo tol
let a uobis Off. Canda aia mea dum laudabo dum in uita
mea psallam deo meo quam diu ero allelu Cet. Ecce nob dne
ministerium restituit quo terrena desideria mutigan
tes: discamus amare celestia P. Propitiaco Te quaesumus
Comunio Modicum et non uidebitis me allelu iterum modicum et
uidebitis me quia uado ad patrem allelu allelu Compl. Sacramen
ta quae sumpsimus dne ds et spiritalib nos indru
aut alimentis: et corporalibus tueantur auxiliis
Kmm. Et scribe Feria iiij. Ascen. e. vii. Io. apli.
Filioli uobis ut non peccetis Sed et si quis peccaue
rit: aduocatum habemus apud patrem ihm xpm
iustum: et ipse est propitiatio pro nostris: non p
nris autem tantum: sed etiam pro totius mundi Et in hoc
scimus quia cognouimus eum: si mandata eius obser
uemus Qui dicit se nosse deum: et mandata eius
non custodit: mendax est: et ueritas in eo non est
Qui autem seruat uerbum eius: uere in hoc cari
tas dei perfecta est In hoc scimus quia in ipo sumus.
Qui in ipo permanet debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare Kmm